



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ  
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii [u.a.], 1765**

Titulus V. De Adessoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)



non esse audiendam, nunc autem teneri ad solvendas expensas judiciales, & resarcienda damna per istam Diffamationem Titio illata. Ex his apparet, Titium, quamvis Semproniam in jus trahere videatur, non esse Actorem, sed potius Semproniam etiam invitam compelli, ut actionem contra Titium instituat. Istud pro declaranda doctrina tradita hoc loco sufficit. Alibi dicetur, quod diffamans si ex allegatæ Legis remedio citetur, non teneatur determinate comparere coram Judice citante, modo compareat coram Judice competente diffamati, quales sæpe possunt esse plures 97.).

---

TITULUS V.  
DE ADSESSORIBUS, ALIISQUE,  
QUI JUDICIBUS  
ACCEDUNT.

§. 56.

*Judici  
accedunt*

**P**OSTQUAM de Personis, quæ in Judicio necessariæ sunt, mentionem

---

97. ) Hanc aliasque Judicii hujus formulas in variis causis civilibus & criminalibus, ac fusam Commentationem in hanc legem exhibet BARTHOLOMÆUS BLARERUS.



nem fecimus, recensendæ veniunt <sup>I. Adfessorum,</sup> etiam illæ, quæ iisdem plerumque <sup>sores,</sup> accedunt. Judici quidem accedunt Adfessores, Actuarii, Tabelliones, alique Ministri.

§. 57. Adfessorum duplex genus est: unum eorum, qui juris sugge- <sup>Vel Juris</sup> rendi causa Judici adsident: alterum <sup>suggeren-</sup> eorum, qui tanquam membra consti- <sup>di causa,</sup> tuunt Collegium Judicantium. De Adfessoribus prioris generis habemus Titulum in Pandectis & in Codice Justiniano. Sunt isti Consilarii Judicis, qui ei in cognoscendis causis operam præstant, & consiliis suis ad judicandum, causamque recte decidendam instruunt. Eorum Officium 98.) consistit fere in cognitionibus, postulationibus, Edictis proponendis, Decretis formandis, epistolis dictandis, libellis repudiandis vel recipiendis. Si Magistratûs sit una Persona, hic sæpe est Vir militaris 99.), aut plurimis negotiis impeditus: si autem

con-

---

98.) L. I. ff. de offic. Adfessor.

99.) LACTANTIUS de Mortibus Persecutorum. Cap. 22. de corruptis Moribus sub Maximiano dicit: *Judices militares, humanitatis literarum rudes, sine Adfessoribus in Provincias immissi.*



constet ex multis Senatoribus Urbis Municipalis, plerique ex illis solent esse Legum ignari, atque indigent Adfessore, qui eorum imperitiæ subveniat. Unde videtur munus Adfessoris, quale continetur in Legibus, hoc tempore maxime competere iis, quos in plerisque Civitatibus Imperialibus Consulentes vocant.

*Etiam in  
Causis Spi-  
rituali-  
bus;*

§. 58. Ex decreto Juris Canonici 100.), Delegatus Pontificius non fraudulentem, sed solum si indigeat, assumat Adfessorem, alioquin de suo illi provideat. Ubi autem ex necessitate ob imperitiam Consuetudinum loci, ob infirmitatem, vel negotiorum multitudinem, Adfessorem non suspectum partibus assumpserit, curet, ut ei de competenti Salario provideatur a partibus. Ex quo colligitur, Judices Datos non habere Adfessorem, utpote quos oportet Juris peritia esse insignes, nisi sint dati a Supremo Principe. Qui hodie Nuntiis Pontificiis sub nomine Auditorum adsistunt, fere conveniunt cum dictis Adfessoribus. Porro quamvis Laicus non possit

---

100. ) C. statutum. 11. §. Adfessorem. de Rescript. in 6.



De Adfessoribus &c. 65

fit esse Judex in causa spirituali, potest tamen esse Adfessor, quia sub hoc munere non exercet Jurisdictionem, sed solum quid Juris sit, denuntiat.

§. 59. Alterum genus Adfessorum *vel constituentes* (vulgo *Beysitzer*) est, qui ipsi sunt *integrum Collegium* Judices, & constituunt integrum Collegium Jurisdictione præditum. Sub hoc nomine celeberrimi hodie sunt Adfessores Camerae Imperialis, qui res controversas ad forum Camerale pertinentes cognoscunt, deciduntque. Præsentantur Camerae ab Imperatore, Electoribus & Circulis Imperii 1.), aut Nobilitate, aut Gradu Academico, omnes autem Jurisprudentiæ & Germanicarum Consuetudinum peritia insignes 2.). Eodem Adfessorum nomine vocantur hodie membra Judiciorum Provincialium aut Cæsareorum. Uti Adfessores Judicii Rottwilensis, Hirschbergensis &c. &c. *II. Actua-*

§. 60. Præter Adfessorem ex parte  
E Judi-

1.) Schema præsentantium exhibet BLUMEN Proc. Cam. tit. 7. n. 9.

2.) Eorum qualitates recensentur in Conc. Ord. Cam. p. 1. tit. 3. seqq. Inter has requiritur, ut sint *Ehrlicher Geburt*, unde aliqui inferunt, non admittendos

De Judiciis.



rius.

Judicis stat *Actuarius*, qui etiam vocatur *Notarius & Tabellio*: estque scriba publicus, qui Acta Judicii conscribit & recitat 3.) Unum vel plures assumere potest *Judex Ordinarius* vel *Delegatus*. Scriptis a *Notario* publico, fides adhibetur, nisi aliud probetur. Idem obtinet in *Causis Summariis*, ubi saltem petitio verbalis redigi debet ad Acta, quæ tamen nec publicare, nec eorum copiam partibus communicare potest, nisi de mandato *Judicis*: hoc absente coram *Actuario* libellus, exceptiones, instrumenta, aliave Acta produci possunt. Tenetur autem *Actuarius* de dolo, culpa & imperitia 4.): Potest tamen se corrigere, si se errasse ani-

---

esse, qui sunt legitimati per subsequens matrimonium.

- 3.) De Officio *Notarii* statuit *INNOCENTIUS III. C. quoniam II. de Probatlo. BONIFACIUS VIII. C. II. §. 6. de Rescript. in 6. MAXIMILIANUS I. Imp. Ordinat. Colon. ann. 1512. cujus textus Germanicus & vetus versio latina continetur in nova Editione *Recess. Imper. part. 2. fol. 151. seqq.**
- 4.) *L. fin. C. de Magistrat. conven.*

②



animadverterit. Extra munus Actuarii Judicialis, nomen Notarii varie sumitur: sæpissime intelliguntur illi, qui excipientes verba dictantis, per Notas ac compendia scribunt 5.). Hac arte excellabant multi servi Romanorum, quorum propter hanc artem pretium statuebatur quinquaginta solidorum 6.): talis erat olim servus, postea libertus Ciceronis Tiro, cujus, uti & aliorum Notas multi collegerunt 7.).

§. 61. Habet etiam Judex *Viatores III. Viatores seu Nuntios*, qui litigatores in jus vocant, & Processus Judiciorum exequentur. Si isti tradant Processus alteri cuidam non Nuntio exequendos,

E 2

dos,

---

5.) De tali Notario sermo est in L. Lucius Titius 40. princ. ff. de testamen. milit. De ejusmodi Notariis intelligi potest Decretum Lucæ Patriarchæ Constantinopolitani, abrogans ceremonias, quæ fiebant in Sanctorum Notariorum festo a Notariis pueros docentibus, cum scenceis personis forum obeuntibus. Vid. LEUNCLAV. Jur. Græco-Rom. tom. 2. lib. 3. qui continet librum primum sententiarum Synodaliū fol. 223.

6.) L. 3. C. Commun. de Legat.

7.) SERTORIUS URSATUS de Notis Romanorum, quem Thesauro Antiquita-



dos, vel relinquunt illos apud Præfectum loci, aut priorem Judicem; talis executio non habetur pro legitima in Camera Imperiali, nec habetur pro Contumace, qui ad talem executionem non compareret. Nam in omni Citationem præter commissionem Judicis de citando, requiritur ex parte Nuntii ipsa citatio seu executio commissionis, & relatio citationis factæ, quæ relatio ad Acta referri debet, horumque est pars substantialis. An autem Executori seu Nuntio credi debeat, controversia est inter Doctores. Communiter dicitur, credendum illi esse in iis, quæ pertinent ad officium illius 8.).

IV. Apparitores.

§. 62. Universim omnes Judicum, vel Magistratum Ministri, qui ipsis parent, eorumque jussa exequi solent, generali nomine vocantur *Apparitores* 9.). Horum merces vocatur *sportula*, quæ

---

tum Romanarum inseruit JOAN. GEORG. GRÆVIUS Tom. XI.

8.) Vid. ALCIATUS de Præsumpt. Regul. 3. præsumpt. 14.

9.) De variorum Magistratum Apparitoribus sermo est in Codice Justin. lib. 12. tit. 53. & seqq.



quæ iis, si in officio diligentes & fideles inveniantur, debetur, secundum loci consuetudinem, Curiaë stylum & boni Viri arbitrium.

## TITULUS VI. DE ADVOCATIS.

*Conf. Decretal. L. I. tit. 37.*

§. 63.

**EX PARTE** Actoris & Rei considerantur inprimis *Advocati* litigantibus adstantes, Non loquimur hoc loco de Advocatis Ecclesiarum, nec de advocatis Fisci; sed de illis, qui privatorum causis patrocinium præstant. Igitur nomine Advocatorum intelliguntur causarum Patroni, qui in iudicio pro aliis postulant: postulare autem est, desiderium suum vel amici sui apud Judicem exponere, vel alterius desiderio contradicere.

§. 64. Advocandi munus semper in honore fuit: displicuit tamen cum aliis populis, tum etiam antiquis Germanis caninum advocatorum studium, optimum quemque adlatrandi,

E 3

&